

CAPVT XIII.

*Quid erga nondum baptizatos Indos
Patronis liceat.*

Antea vero quam ad politica officia progressiar, diluenda est dubitatio de ceteris infidelibus Indis, qui forte cum Christianis eadem coniuncti sunt, quorum tanta est copia in provinciis nonnullis, vt intra annum, aut non multo amplius in vna ad decim, & septem millia majoris etatis baptizati referantur. Alibi vero commendati Indi omnes, vel pene omnes idololatriæ adhuc sunt, vt in Provinciâ sanctæ Crucis. Magna ergo mihi quæstio esse videtur, An à talibus tributa quoque Christiani exigere queant, propterea quod nondum sunt Ecclesiæ subiecti, ex cuius commissione ius omne nostris in barbaros esse diximus. Deinde quannam ob rem pensiones eas nostri dignè percipiunt, siquidem nulla iis Sacraenta, nulla diuina officia communicant? Cæterum consuetudo nihil videatur inter fideles, infidelesque Indos discernere, quoad tributa reddenda. Omnes iisdem astringit legibus. Id igitur an liceat, & si olim dubitabam, imo vero improbabam, tamen re magis animaduxera, non adeo mihi persuadeo iniquum. Etenim Principi subditi hi quoque sunt, postea quam terra haec in illius ditionem venit, siquidem istis non minus ius dicit, quam ceteris:

ac:

SALVTE LIBER III. 201
 ac proinde quemadmodum olim Paganis Christiani tributa pendebat, cum illi rerum potenterita nunq; temporis Christianis Pagani non iniuria persoluant. Neque enim modo de iure dominatus Indici disceptatur, sed pro confessio sumimus imperium hoc illi stare, qui imperat. Accedit ad hoc, quod infideles Indi nullo modo Christi baptizatum auferantur, quin & cipiunt, & petunt: verum plerique in numero catechumenorum sive ipsorum virtutis, sive nostrorum negligentiæ tenentur. Cum ergo in catechismi cura, hi quoque cum ceteris communicent, non immerito cum ceteris quoque ministris necessaria tribuant. Siquidem Apostoli Pauli præceptum est, Communicet autem is, qui *Gal. 5.* catechizatur ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Minime vero ferendum esset, vt Christiani Christianis, pagani pagani imperarent, cumque unum eundemque populum hi, & illi constituant, non posse non exitiosissimum esse discrimen ciuiusmodi. Quam ob rem praterquam quid his quoque ius dicere, atque hos tueri perinde ac ceteros principis interest, propriæ ac peculiariter patronorum, parochorumque partes sunt, cum ipsis quoque de salute æterna letiò agere, ad Euangeli gratiam vocare sedulo, de fide instruere, infraeuctos moribus informare, volentes & dignos vltro admittere ad Ecclesiæ gremium, si grauiori periculo virgantur, salutari lauacio succurrere, vt sanctorum Patrum decreta habent. Denique nihil prætermittere, quod ad illos Christo lucifaciendos pertineat, quod non charitatis tantum, sed officij sui propriam obligationem agnoscant

*De eos
sec. d. 4.
c. 5. qd.
& seq.*

202 DE PROCVRANDA INDOVRM
agnoscant necesse est. Quod vique adeo D. Gregorius sentit, vt ad Ianuarium Episcopum scribat his verbis: Rusticos quos habet Ecclesia tua nunc vique in infidelitate remanere negligientia fraternalis vestre permisit. Et quid vos admoneo, vt extraneos ad Deum adducatis, qui vestros ab infidelitate corrigeremus negligitis? Vnde necesse est vos per omnia in eorum conuersio-
nem vigilare. Nam si cuiuslibet Episcopi in Sardinia Infula Paganum rusticum inuenire potuerit, in eundem Episcopum fortiter vindicabo. Jam vero si rusticus tanta fuerit perfidia, & obtinac-
tione inuentus, vt ad Deum venire minime con-
sentiat, tanto pensionis onere grauandus est, vt ipsa exactioris sua pena compellatur ad rectitudinem fessinare. Ex qua sanè tanti Patris authoritate, & diligentiam ducimus conuersio-
nem infideli ad hubendam, & modum, si se duiores pre-
buerint rusticitate magis animi, quam electione rationis, cuiusmodi barbari penè omnes sunt, iudicii via sententiam sequentes, sed impetu, aut consuetudine impulsu, vt hi certe seueritate quadam salutari compellantur intrare. Pensionibus vero grauandos censet beatus Pater, quas sine iniuria potestas imponat. Nam si inique essent, nullo modo exaggerandas ille censeret. Arque hæc quidem ad le dicta Sacerdotes accipere de-
bent. Patrui vero illa, quæ ad nobiles Sardinæ idem Pontifex scribit in hunc modum, Cognoui penè omnes vos rusticos in vestris possessionibus idolatriæ deditos habere, & valde de hac re contristatus sum, & post pauca. Vnde magnifici filij exhortor, vt omni cura, omniq[ue] sollici-
tudine

Liber 3.
Opus 26.

23. q. 6.
Item ut-
ro.

Liber 3.
Reg. 3.
Opus 23.

SALVTE. LIBER III. 203
tudine animarum vestrarum zelum habete de-
beatis, & quas rationes omnipotenti Deo de sub-
iectis vestris reddituti estis, aplice. Ad hoc quip-
pe illi vobis commissi sunt, quatenus, & ipli ve-
stre utilitatib[us] valeant ad tertena deseruire, & vos
per vestram prouidentiam eorum animabus ea,
qua sunt æterna, proplicere. Si igitur impendunt
illi quod debent, vos eis cur non foluitis quod de-
betis? Id est, vt assidue illos magnitudo vestra com-
moneat, ab idolatriæ errore compescat, quate-
nus eis ad Fidem ductis omnipotentem Domini-
num erga se placabilem faciat. Hæc Gregorius:
quibus & quid licet accipere, & quid deceat
reddere infidelibus Indis sibi commissis, Patroni
satis, quantum arbitror, edocentur. Illud obiter
aduenti debet, quamvis non licet per vim ad ba-
ptismum Christianumque professionem compelle
barbaros subditos, licet tamen ino expedire
ab idolis colendis etiam inuitos reuocare, hoc est
illorum simulacula, & fana demoliri, supersticio-
nes diabolicas extirpare, que non solum Eutan-
geli gratiam impediunt, verum etiam naturæ le-
gem infestant, quam vt scierent, compelli infide-
les subditos sine villa dubitatione possint, id quod
abunde declarant leges Constantini, Valentiniani,
Theodosij, ceterorumque Principum Christiano-
rum, quas mirifice sancti Patres collaudarunt: ne-
que laudatores modo, sed impulsores authoresque
se praetiterunt. Et re vera quamvis officij minus
exhibeatur infidelibus Indis, tamen non videtur
satis confidi falui eorum, si tributorum minus
pendant, quam Christiani, vel hac enim de causa
a baptismo percipiendo deterrebuntur, si grauiora
Cone. Eli-
ber. can.
4. iubens
tur Clari-
biani in-
fidelium
serorum
idola co-
minere,
idem in-
fusus
Aug. ser.
de Pueris
Centuriis
mis. Do-
Paganis
et tem-
plo viril
l. 1. & l.
Nemo.
Niceph.
lib. 7. c.
46. lege
Amb. 5.
ep. 30.
contra
relatio-
nem Sym-
machii
Aug. lib.
1. contra
epi. Par-
men. c. 7.
& ep.
48. & 50.
tunc

104 DE PROCVRANDA INDOVRVM
tunc sibi tributa imminere cognouerint, que pos-
tius immixti sanctus Gregorius vult, vt leuem
Christi sarcinam, & iugum suane libentius fu-
beant.

C A P V T X I V .

*De temporali prouidentia Patro-
norum in suis.*

E/ii. 1. 3. Reg. 18 Adem quoque Indorum comitiatione di-
ligenter prescribuntur Patronis, vt non solum
in Fidei, ac salutis aeternae eruditione populi sibi
commisi curam gerant, verum temporali praesidio
in vita huius aeternis quotiescumque ope eorum
indigent, benigne adfint, intelligantque, se Ne-
ophyti datus esse parentum loco. Horum igitur
rem politicam iuuare debent, & ab iniuriis, vel
hominum, vel temporum pro sua virili tueri. Ita-
que vt Hispanie proceres sui municipij homini-
bus defensionem, ac prouidentiam proprio iure
debent, quo nomine ab illis tributa percipiunt, sic
in his locis populis Indorum sibi attributis Patro-
ni singulari cuiusdam in otio aequi, ac negotio
patronij tenetur obnoxii, aut si id mavis, quem
admodum familiariae sua pater ipse familias con-
sulere debet. Sciri ergo illud sibi dictum cogitent
de clientibus suis. Dicite benefacere, querite iu-
dicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, de-
fendite viduam. Abdiam in alendis famelicis, & e
periculo eripiendo insontibus representent: aut
egregium bonorum sibi diuinitus affluentium di-
stributorem

S A L V T E , L I B E R III . 205
distributorem sanctum Iob imitentur, qui sua illa
fortunata tempora memoria repetens, ait. Si nega-
ui quod volebant pauperibus, & oculos vidua ex-
pectare feci, si comedii bucellam meam solus, &
non comedit pupillus ex ea, si despexi pereuntem,
eo quod non habuerit indumentum, & absque
operamento pauperem. Hac beneficentia & fide
si suscepisti suis nostris consulerent, verè & nomini
& officio responderent suo, essetque non voce tan-
tum, sed te ipsa horum instituto nouis Evangelij
cultoribus conseruantis, & promouendis quam
maxime accommodata.

C A P V T X V .

*Quam circumspectè onerosè leges fortunis
Indorum indicenda.*

Numerauit haec tenus omnes, vt reor, Patrono-
rum functiones, institutionesque huius causas,
quas intuentes iis, quas cernimus, legibus Prin-
cipes hanc Indorum Remp. considerunt. In aliis
orbis regionibus, apud Orientales praefectim
alias esse rationes neophytorum instituendorum
non ignoro: neque vero dispiuto, an nostratio
haec longè illis inferiora sint, minulque ad falu-
tem, quam quarumvis accommodata. Fuisset for-
tafis alia Recip. forma commodior, & ad Iesu
Christi notitiam consequendam nouis gentibus
multo iucundior. Quanquam, vt dixi supra, que
nostris barbaris incommoda acciderunt, homi-
num magis nequitie, quam administrationis vitio
referenda

206 DE PROCVRANDA INDOVRVM
referenda sunt. Quamvis enim recte & sapienter
constituta Resp. quamvis aquis legibus tempera-
ta, facile improborum temeritate violatur, cum
sit nihil, quod non humana peruersitas, si relin-
quatur sibi, convertat in peius. Viderunt alii, quid
cui praeferendum sit. Nos ea omni collatione
praeferimis, praeterea, & nobis nota tractamus,
illud superioribus adjacentes, casas eas, quas re-
tuli, nostris ut Indi commissi sint, oportere omnibus
vtilusque fori, externi inquam, atque interni
iudicibus esse notissimas. Quibus ex omnibus re-
cte sapienterque animaduerterunt poterunt profecto
legillatores statuere, quid tributi gens queque Indo-
rum Patronis suis soluere debeat. Idque ut si-
ne vicio, & errore decernant, perspicient primum
quantum, & quibus est rebus prouentuum com-
mode omnino possit afferre, tum vero cum ra-
tione metientur, imposito oneri, ac functioni
exoltiendae sua, quantum Patronis assignare par-
erit, idque ex aequitate, & prudentia moderabun-
tur, ut non aliorum remissio & indulgentia, aliquo-
rum, ut Apostolus ait, sit tribulatio. Et facultatem
ergo Indorum, & praefitorum operam, atque
obligaciones intuebitur sapiens Rcp. moderato-
tor, ut tributa taxet, atque constituantur. Quam sane
& facultatum, & gubernationis rationem simul
incundam in censu imponendo, & vel augendo,
vel relaxando Aristoteles quoque ad Rcp. con-
seruandam incolumentem valde commendat.

2.C. p. 8.
5. Pol. t. 8 Si quidem excedat, inquit (populus populique
gubernandi difficultas, ut ego interpres) ange-
tar censu secundum multiplicationem: sin vero
deficiat, relaxetur, ac minor fiat sensus taxario.

Quod

SALVTE LIBER III. 207

Quod sane spectaculo videtur nonnulli gubernatores nostri. Iam vero vterius progredi, & quantum ex vnoquoque virtutim exigi oporteat, & utrum homines tantum censeri debeant, an etiam fortunae, vt ditiones plus tribuant, & quovsque nostra considerationis fines egreditur, legum pru-
dentiae potius id vniuersum relinquendum. Nobis, quae causa sit iusta tributorum Indorum, & ad quam regulam debeant temperari, expoluisse fatis
est. Illud tantummodo admonendum arbitror, tam
graua esse hanc imponendi tributa prouinciam, ve
risi multa accutaque consultatione virorum pru-
dentium, & rerum peritorum, atque, quod caput
est, ab omni cupiditatibz specie alienorum res pri-
mum agitur, agitataque manifeste constet, quic-
quam decerneret, ac lege faciente valde temera-
rium sit. Si enim ad priuatas de fundo, de domo, de
legato controuerterias finiendas; solent homines
non contenti vulgaribus, Regios etiam senatus
adire, & e sapientissimorum iudicium suffragiis
sententiam postulare, quandu obsecro amplius, ac
maiis est, cum de totius gentis perpetuo centu
agitur, vbi vel levissime iulti, & xxi ignoratio
damnum affert fortunis innumerabilium homini-
num sempiternum: Quamobrem seuerissimum simul
atque sanctissimum Romani Pontifices inter atro-
cissimos causis Sedi Apostolica referuatos illum
semper numerandum putarunt, cum Domini
Christiani populorum sibi subditorum certiores,
vel nouis pensioni oneribus premunt, vel auctio-
nibus cumulant. Quae vel unica res negotij magni-
tudinem copiose perspicueque declarat. Neque
enim esse potest Proregis, Praesidis, leuis, aut ve-

In 4. ca-
su bullæ
Causa
Domini
1368.
Syllo. Ex-
com. 7.
§. 14. Ga-
bella. 1.
5.7. Nau.
z. 27.
n. 58.

nia

208 DE PROCYRANDA INDOVRM
nia dignum etratum, vbi vel studio partium, vel
rei cognoscendae negligentia, vel proprij sensu
fiducia, in tanto negotio labitur.

C A P V T X V I .

*Quid confessionibus Patronorum audienc-
dis Sacerdoti prouidendum.*

Eccles. 8.

1. Pet. 1.

Matt. 12.

Matt. 17.

Rom. 13.

*Didrac-
mum*

Cesari-

soli vult

Hieron.

*in Mat-
thaeum.*

*At Am-
brof. lli. 1.*

epi. 1. &

Hilarius,

*& Chry-
stos. &*

Theoph.

in Mart.

*Sacerdo-
tibus sol-*

ui cens-

fent.

Frou. 30.

illud

AT vero de Principum legibus magistrorum tuumque sententiis censere non interest categorum, quibus potius præceptum est, ne contra iudices iudicent, & vt pareant suis Regi quasi præcellenti, siue ducibus ab eo missis. Certè Christus Dominus, neque Caesaris censum neque Sacerdotio didracma reprehendendum, immo nimum putauit: sed tum hoc soluit, tum illum redendum docuit. Neque illius Apostolus tributorum vestigialium exames, sed redditum integrum imperavit. Quare vbi non est manifesta tributi impositi iniquitas, & Præpositus ruta conscientia peti, & subditus non ruta subtrahit. Itaque Sacerdotes dum vel Patronorum res concionibus versant, vel horum confessiones audiunt, non debent nimij esse censores, ne nihil agendo pacata perturbent, & sine ullo fructu quieta pectora extimulent: neque vero decet, quæ publica lege firmata sunt, priuata auctoritate velle conuellere. Hoc vt dixi, vbi lex non aperte esset iniqua. In quo fortassis quidam zelo non secundum scientiam videntes, dum nimium emungunt, iuxta vetus proverbiū eliciunt sanguinem. Habet huc locum illud

SALVTE LIBER III. 209
illud antiqui sapientis, vt ne quid nimis. Quin potius sic à Sacerdotibus Christi eiusmodi homines excipiendi sunt, quemadmodum manipulares olim à Iōanne Baptista, quibus de sua salute querentibus breuerit cum magna moderatione respondit. Neminem concutiatris, neque calumniam faciat, & contenti estore stipendiis vestris. Sed notanda sunt tamen conscientias istorum tractandis præcepta nonnulla, in quibus quantum ad semde qua nunc agimus pertinet, frequenter esse iniuria solent. Primum quamvis in taxationibus tributorū publica lege conscriptis, auctoratiū Principis acquiescere possit. Patronus, nisi aperta fraus, aut iniuria, aut vis intercedat, neque de hac re nimij hærtere, aut sollicitati debeat Sacerdos, cui eiusmodi cura minimè incumbit, scire tamē, & hunc & illum oportet, si Indus aliqua ex causa peculiari non sit nisi magno suo detimento soluendo, non posse tributum ab eo tutò exigere. Exemplis res siet perficua. Fortè accidit, vt anni inclemencia agricola fruges, vel viciatas, vel perexigias colligat: accidit, vt ægrotaret, vt vel rugivum ignis depastus sit, vel ouiculae seacie inteterint. Hic si Patronus rigidè tributum exigat, & infelicem Indum, cuius tenuissima, & in diem tantum res est, coniliat in vincula, aut male mulctatum dimittat, magnam facere iniuriam putandus est. Nam etiamsi ex mutuo, aut permutatione ita ille debret, tamen cum tanto suo danno soluere nemo equus cogeret, cū Propheta seuerè incepit eiusmodi rigidos exactores, dicēs. Percutitis pugno impie, & omnes debitorēs vestros repetitis. Præterea vero, vt est supra definitum,

*In Cons.
Turon.
f. 49.*

E/ai. 18.

Q

tributum

210 DE PROCVRANDA INDOVRVM
tributum nullo modo debet nisi ex ijs, quæ ha-
bet, commode habere potest, congruenti sibi
familieque sustentatione feruata. Quia si casu ali-
quo subtrahantur, neque premi molestè debet,
neque in sequentes annos præsentí exactione
onerari. In qua re nonnulli nostri liberales se ha-
beri volunt, quod ea remittant, quæ recupe-
rare non possunt. Alij inhumana atrocique con-
tentione feruitus genus edicunt, vt tandiu la-
borare cogantur, quodam iporum arbitrio sit fa-
tisfactum. Illi quidem non admodum admiran-
di, cum id faciant, quod necesse est, fiat; hi ve-
rò proflus etiam detrahendi, quod ius suum iniuri-
am aliorum putent. Atque hoc est, quod olim
sanctus Papa Gregorius valde cum Augusta expo-
stular, Corfica exactiones tam dure fieri, vt filios
suos, Insulares vendere cogerentur, vt tributa
persoluerent. Ipse verò Dominus Iraëlis impro-
bitatem executatur, pro eo quòd viderit pro
argento iustum, & pauperem pro calcamento.
Qui conterunt, inquit, super pulterem terza cap-
ita pauperum, & viam humilium declinant. Ta-
lla à nostris agitata cum Indis non ignorant
regionis Americae experti. Id ergo totum iniquum
est, & extrema rapina non absimile. Quin potius
quoties graui egestate & datino proper an-
nonæ caritatem, aut morbi quemvis grallantem
aut rei familiaris infortunia Indos premi patronus
videt, debet omnino non illa charitatis tantum
lege communi, sed propria susceptionis sua ra-
tione, subuenire, ac de suo tribuere. Hoc igitur
ita habet. Alterum verò documentum est, per-
mutatione patroni facere ne sinantur, à quibus
lege

lib. 4.

epi. 33.

ANNO 3.

SALVTE. LIBER III.

lege prohibentur. Solent pro vesti, exempli cau-
sa, argentum, pro frumento vescem, pro radici-
bus aliud aliquid, saepe etiam iporum operas
querere, quod totum periniquum experientia
monstravit, lex interdixit. Et si enim premium
æquale videntur & petere & capere, tamen restra-
& libi vtiliora, & Indis grauiora moluntur. Hic
ergo etiā vigilat Sacerdos Domini. Tertium idem-
que valde ad rem pertinens sit tum in exigendis
tributis, tum in persolendum operis seruitusque
Indorum oportere fraudes, atque imposturas vi-
tare eorum, qui inter Indos iplos excellunt, ca-
terisque præfunt, quos Caracas seu Caziques no-
minaamus. Horum quippe fraude, & violentia
miseri plerumque suo ludore frustrantur, sapè
multò plura conferre coguntur, quam lex rati-
oñe præcipiat: cum sit subditorum tanta imbecil-
tas, tanta plebis inualida trepidatio, vt ne mutare
quidem audeant contra suos illos Satrapas, sed vi-
ui ac videntes pereant potius, quam illorum imperij
minimum obloquantur. Hanc tam præ-
potentem tamque diu expertam tyrrnidem no-
stri susceptores compescere certè deberent, atque
eripere inopem de manu fortiorum, secures ha-
bet: utrique compofitè fabulam agunt, illis illi
sponte conniuent, illos isti patienter ferunt: vt
simili quippiam paræmia lupi, atque vulpis agi
videatur. Quod malum quam late pateat, nemo
non sentit qui res Indicas vel summis digitis atti-
git. Remedium verò quale sperare liceat, igno-
ro, cum inde perniciēs proficisciatur, unde salus
maximè petebatur. Sed publica lege, vt ciuili-
di sceleri, & dolo oc curratur, cæcri iam dici-

Q 2 tur,

tur, hactenus certe cautum esse videmus nihil. Vt cumque id habeat, perstetque spiritualis medicus, an hoc quoque loco, vt solet virus infidei, aperiatur diligenter, ac ferro refecet, nec parcat igni, si opus sit, quippe cum in lethali profundoque velere, seueriora medicamenta tutiora sint. Ac nescio an hoc loco de Magistribus, Sacerdotibusque usurpem illud sancti Leonis, inferiorum ordinum culpas ad nullos magis esse referendas, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriti petilientiam, dum auctiorem dissimulant adhibere medicinam.

*Etiq. 36.
ad Nicet.
tam, dispe.
26. infi-
tierum.*

CAPVT XVII.

De seruitio personali Indorum.

Sequitur, vt de seruitio personali Indorum differamus, seruitio personale sollemus intelligere quicquid virilitatis ex ipso hominum labore, operaque percipitur. Quo in loco, quoniam impeditior, asperiorque est, & si quis alias maxime necessarius, consistere aliquantulum oportebit. Atque in primis Indos non esse seruitute mulctatos, sed liberos proflui, & sui iuris ex iis, que in libro secundo disputata sunt, sumimus. Etenim, & publicæ leges, ita statuunt, & consuetudo diurna, & ratio constans, ac certa, quod qui nulla iniuria lassent, non possint reddi belli iure captivi. Nempe secundo nobis est non de generali quadam subiectio-

subiectione, quam Aristoteles non admundum proprie vocat seruitutem naturalem, quamque D. Ambrosius non natura introductam neque Venditione comparatam, sed insipientia redditam dicit, ad Noë in Cham filium irreligiosum, maledictionem alludens: sed loquimur de ciuili legitima ac propria seruitute, que inter gentium viatos victoribus subdit, quomodo solent definire Philosophi seruum, quicquid est, Domini esse. Liberi ergo isto modo Indi cum sint, operas illorum ac labores sua mercede frustrari iniquissimum est. Nam siue agrum tuum excolat, siue gemmæ pascat, siue dominum edificet, siue pabulum ac ligna comportet, siue onus eius, siue literas cuiuslibet defecrat, siue domi rite desidens ostia obseruet, denique quicquid operis agat, cuicunque visu sit, dignus est operarius mercede sua, quam qui negat, sanguinis teus arguitur. Sic enim monerit Spiritus sanctus in Sapiente, *Qui auferit in fidore panem, quasi qui occidit proximum suum, qui effundit sanguinem, & fraudem facit mercenario, fratres sunt. Et in lege Domini disertè positum, Non morabitur opus mercenarii tui vlique mane. Per Malachiam quoque se Dominus minatur testem velocem in eos, qui calumniantur mercedem mercenariorum suorum. Neque militia Iacobus Apostolus, Ecce, inquit, merces operariorum vestrorum, qui mesuerunt regiones vestras, que fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Terribilis sanæ clamor, qui pro subducta mercede aures Dei aduersit potentes, & diuites interpellat. Quod si in alieno iumento onerando, vel equo*

*Ecclesi. 34.**Leviticus 19:2
Malachiam 3:5**Iacob. 5:5*

ferendo pretium domino iustè rependitur, cur non
 iniquum valde existimetur hominis liberi corpus
 oneri laboris addicere, neque quicquam tam
 soluere pro opera collocata? Illud quoque vigi-
 lanter audiendum, quod sermo diuinus non eos
 culpar, qui mercedem penitus abnunt, immo-
 nie enim id atque iniuratum relinquendum putau-
 it, sed eos nominatim perstringit, qui vel mo-
 riantur vel imminuerint, vel quovis modo defrau-
 dant pretium sutoris alieni. Ne mihi igitur obso-
 letum à te cibum porrectum commores, ne
 vestem annuam, ne agelli portiunculam illius vi-
 bus reliquam referas. Adeit iustus arbiter Deus,
 qui se etiam testem pro paupere & quidem ve-
 locem pollicetur. Quæres, quenam astimatio
 iusta sit, ut scrupulus omnis tibi eximatur. Si le-
 ge præscriptum est pretium, ut in rebus plerisque
 est, ne alium queras interpretem, quic-
 quid de legitimo detrahis, rapina est. Si nulla
 lex est, communis astimatio bonorum atque
 prudentium ponet modum, aut etiam utriusque
 locantis, inquam, & conductientis mutua pacio,
 dummodo dolus omnis, & vis absit. Quo to-
 to genere multum ac saepe peccant, & patroni
 Indorum, & prætores, & ipsis passim patrochi-
 dum subditis pro rerum occasionibus multa im-
 perant, nulla aut pauca persoluant, qui ne-
 que à culpa eximi neque à satisfacione excu-
 fari villo modo possunt. Neque vero obsequen-
 di facilitas, & prompta opera Indorum præten-
 di debet, cum genus hominum timidum ob id
 tam officiorum, atque obsequens se se præbear,
 quod tuncat sibi, atque confundat, dumque pœna
 liberetur,

Ma.3.

liberetur, pretium non audet repetere, id enim
 seruulis ingenij est. Alioqui cum se possunt sub-
 ducent ex oculis, neque plagas timent, egestate
 fugitant operamque detrectant. Igitur cuivis ope-
 ra, cuivis labori Indorum mercedem suam esse
 reddendam perspicuum est. Sed quoniam lege
 interdum præscriptum est, ut certus Indorum nu-
 merus Patrono detur ad hoc illudve negotium, ve
 ad pasceenda pecora, aut agrum excolendum,
 sementemve faciendam, quod olim vitiatus erat,
 & nunc etiam temporis in nonnullis locis sit,
 quarunt multi, an id iniquum quoque sit, quod
 videatur seruitum personale introduci contra
 modo definitam questionem. Verum id sane ini-
 quum non est per se, cum tributi loco accipitur.
 Nam quam essent alia pensionem reddituri, vel
 argenti vel vestis, vel ceterorum, tantundem
 si remittatur Indis, pro opera mercede redditum
 intelligitur. Vbi percurritas illa cauenda est, ne
 ciuiusmodi onera inæqualiter Indos premant, sed
 per sortes, vicelque iuas, tum ut huic detrahatur
 de illius tributo, quod ipse seruulit, ac non huic
 ius sutoribus alius lucrum faciat. Itemque illud
 prouidendum, ne ob eas seruendi vices sibi re-
 busque suis in necessarijs defint. Quæ quidem
 omnia dictere facile est, perficere vero, aut
 infecta emendare perquam difficile. Libero
 homini mercedem reddi oportere pro opera ostend-
 sum est: utrum vero liberat quoque esse oportet
 illius operam, ac nullo modo cogi, à mul-
 tis merito queritur. Mouet enim non parum
 hinc, quod liber homo si cogitur, liber non
 est, atque adeo qui ad opus inuitum trahit, non

O 4

leueri

336 DE PROCVRANDA INDOVRVM
leuem facete viderit iniuriam , seruile ciuium est
pati vim. Inde vero non parum quoque vrget,
quod si barbarorum ingenio , & voluntati in-
dulgendum est , nihil operis vñquam fieri , nihil
negotij conficietur , quippe qui ocio desideant , ac
sibi etiam vix necessaria laborent : alios vero
nisi vi aut metu perculsi , nihil faciant. Atque hoc
loco no disputamus de ea coactione , quae affertur
cum iporum intercessu , vt cum sibi oppidum ad-
eive adificare iubentur , aut tempora extiriere , aut fundo-
res coleat , ceteraque rei , vel publicae , vel familia-
ris officia , est enim in aperto res , cum etiam inge-
nuis omnes ad ista compellantur , cum militiae pa-
cifice negotia ita fieri exiguntur . Magistratus cum
ista & indicit , & vrget pro officiis sui munere face-
re non dubitatur . At Reipublice . huc Indicana cum
partim Europais , partim Indicis hominibus con-
sistet coagmentataque sit , cumque sint multa , que
nullo modo Hispani in his locis per se faciant ,
propterea quod vel laboriosa , vel fordida du-
cunt , & vt quam maximè velint , non
possunt tamen tanta perficere , quale est , hu-
manum effodere , rudera egerere , lateres cogere ,
onera bautilare , iumenta agere , ceteraque seruilia ,
que si defint , breui omnis ciuitas deleatur ,
necessitatem ad talia igitur si sponte sua barbari mi-
nimè ducantur , an liceat falsaque sit per vim , me-
tumve compellere , sed prorsus in questionem ver-
titur . De qua re sunt , qui Iudis vique adeo patroci-
nantur , scio ut affirmant grauem ferre iniuriam ,
cum ad ista coguntur : Hispanosque vel sibi seruire ,
vt in Hispania sit , vel si ingenui omnes esse
pergunt , eos neque velci , neque bibere iubent ,
siquidem

SALVTE LIBER III. 217
siquidem qui non laborat , ne manducare quidem
cum Apostolus vult . At si dura ista omnia viden-
tur , deferant , inquit , deferant quam cupiditate
non vilitate terram occupantur , & ad patrias
angustias renentantur . Quorum esti dictu ap-
paret liberalis , atque honesta sententia , tamen fa-
cta est eti & difficilis , & absurdia , vt nihil praeter-
ea . Nam ut deinceps ex Hispanis non paucos posse
seruilia ista tractare , propterea quod natalis , edu-
catioque non admodum abhorrent , & lucri spes
potest fortassis excicare : tamen quota ista portio
est hominum pra multitudine necessaria : Iubere
autem vel ista cessare , vel nostrates ad sua re-
meare , quis non videt , quam sit fidei & religionis
lumen extingui ? Quamobrem non est impro-
bandum , quod ciuitates omnes institutum te-
nent , & seruant , vt Indorum ad ista necessaria multi-
tudo depetratur , parereque si nolit , cogatur , dum
modo & conueniens , vt dixi supra , merces laboti
retribuatur , & cum minimo salutis fortunatum
que suarum incommodo ab Indis ista exigantur ,
tum etiam inter ipsos iusta oneris vicissitudo ser-
uetur , ne aliorum remissio , aliorum sit tribu-
latio , sed ex equalitate , vt dixit Apostolus . Si
tria haec custodiuntur , nihil hic inesse iniuriae ,
nihil querela , primum proborum ac sapientium
hominum contentus perficiaderit : qui & nunc , & ex
ipso initio ita Remp . hanc administrandam intel-
lexerunt . Deinde ipsum barbarorum consuetudo
per antiqua ab ipsis Ingaram Regum exordiis
ante Christianum nomen auditum multis saeculis
conseruata . Postremo ius naturae hoc habet , vt ad
totius corporis , familiae , ciuitatisve conseruatione
necessaria

218 DE PROCURANDA INDORVM
necessariae partes laborare iubantur. Neque enim oculus calcare terram iubendus est, vel culinarium paternitatis exercere. Vniuersa porrò Indorum, atque Hispanorum multitudo vna eademque Rsp. habenda iam est, non duæ quædam inter se disiunctæ, siquidem, & Rege, & legge utriusque iudicium, & utriusque tribunal, & ius non aliud, atque aliud, sed idem certe. Quare quæ ab Indis nostris hominibus operæ impenduntur, non exteris & alienis collocati perundantur, quod fortassis fallit nonnullos, sed suis potius ciuitibus: quoniam & si testa ferro male conaret iuxta Propheticum vaticinium, tamen eodem statua huius pedes ambo componunt. Itaque mirandum non est, si testa ferro prematur interdum, illud potius optandum, ne penitus comminatur, ac dissipetur. Denique Aristoteles magnus ciuitatis instrutor, toto suo primo Polytico, aut nihil agit, aut hoc certè obtinet, ut secundum naturam in Repub. quidam seruant, qui labore idonei sunt, quidam imperent, qui ratione potius præstant, dummodo alijs alij adiumento sunt, oculisque alter ad videndum pedes alter ad ambulandum mutet. Quæ si vera sunt, manifestum est non esse ab æquitate alienum, quod publica diuerforia per vices suas, quas miras ipsi dicunt, Indi & incolere, & viatoribus necessaria præbere pretio dato iubentur, quod ex veteri Ingatum disciplina nostri accepere, ut alia pleraque plena prudentia. Neque vero improbandum, quod mercenarij conductitiij certo die, & loco adesse Magistrorum decreto solent, quodque publicis operibus,

vt

SALVTE LIBER III. 219
ut pontibus reficiendis, vijs expediendis, alijsque id genus distinentur. Neque illud viuperandum quod peculiares ob causas ad domestica ministria quibusdam locis attribuuntur, ut in xenodochijs, in religiosis domibus, tum etiam publicorum nobilitum hominum, aut contra grauior affectorum, & indigentium ieruicijs suo ordine, & ratione assignantur. Abusio tamen illa amputanda est, & pro iniqua ducenda, cum in eiusmodi mitiatis (sic enim vocant) siue mercenarij iustum pretium imminutum est, vel maiora, quam vires ferant, imperantur, vel diutius retinentur quam pro ratione praescripta, quæ iniuriosa sunt omnia, & ex improbitate hominum potius quam ex illo vero iure profecta. Neque bona vnquam fide ista usurpata sunt, sed magna, vel temporis, vel hominum corrupcione. At personalia seruitus que diximus, publica autoritate inducta sunt. Priuata vero an fas sit aliquando barbaros nolentes ad opera opportuna compellere, non tam dubitare videntur multi, quam ipso suo facto dubitandum afferunt. Deprhenfus, ut tritissimo viar exemplo, in media via Hispanus, cibi indiget sibi, pabuli iumento, aut etiam sarcinulis vectandi iumenti quoque. Orat Indum ut sibi subueniat, explicat caulam, pretium offert, nihil ille mouetur, neque prece, neque pretio, neque vero flocci facit, utrum viam ille conficiat necne, imo ne si intereat quidem. His facti nulla esse solet quaestio. Nam dicto citius Indus capillis trahitur, calcibus tunditur: sedulo statim, arque copiose cuncta administratur, adeo, ut plerique iacent nostris, tunc,

220 DE PROCVRANDA INDOVRM
tum , persuasum Indis esse à suo Zupão , id est
diabolo , nihil ut Christianis sponte impertiagt ,
sed per vim omnino , & iniuriam . Quæ quan-
quam militum licentia , & rapinae fabula oppor-
tunè inducta est , tamen res ipsa non admodum
aborrere videtur à vero . Etenim qui barbaro-
rum confessiones pro veteri superstitione idolo-
rum sacrifici hodie quoque audiunt , feruntur gra-
uissimas poenas ei iniungere , qui se se aliquid
Christianò profuisse confessus sit . Neque mirum
est eo viisque progredi hostis antiqui in Christia-
nos odium , in his quibus potest modis trans-
fusum . Sed redeo ad rem . Cura ciuiusmodi angus-
tia incident aut ijs similes , quod in his regioni-
bus percrebrum est , quid Deum timeti viro agen-
dum sit , dicam , ut sentio . Primum si potest pactio-
ne transfigi , id multo prius ac melius . Vbi non
potest , si commode contenti potest magistratus
aliquis , qui publica autoritate cogat , aedundus
est . Hic quoque si defit , ut deest per sapientiam ac negotiorum
grauitas virer , nihil aliud præcipi potest , neque
breuius , neque planius , quam ut leges necessi-
tatis obseruer , quæ tibi necessaria sunt querens
cum quam minimo proximi detimento . Honesta
certè aliqua vis , atque compulsionis afferri po-
test , & terroris quedam significatio , tanquam
puero alicui iusta , & commoda contemnen-
ti . Qua in re multum plerumque iusti , & aequi
limites transiliuntur . Quorū enim verbera , si
verba sunt satis ? Quorūm plague , si vel metus
incusius hominē subigit ? Iam vero an onera
bajulanda Indis imponere crimen sit , multi que-
runt .

SALVTE LIBER III . 221
runt . Nam prima illa tempestate Hispanorum
has regiones peragantū , magnā esse hominum
factam iacturam propter cius generis duras
moletias non dubium est . Quamobrem &
olim sepe , & nuper demum lege lata Indi
onuſi ite carpare prohibentur . Tamen con-
ſuctudo omnium propemodum fecus habet ,
tum harum regionum incredibilis incommo-
ditas , & penuria id veluti ſuo iure depoſit .
Sanè Indos onerari onuſōſque incedere
per se quidem , neque iniquum eſt , neque
pernicioſum , cum ab antiquissimis annis , ita
alliefacti ſint , fuerūque ſolemne toto tem-
pore Ingatum , imò vero hodie quoque ſe ſuis
ſarcinulis ipſi onerent , quæ ſaxe non leuius
pondus habent , quam quod a noſtris impo-
nitur . Neque habet ea res plus miraculi , aut
violentia , quam quid in Europa baniſſi one-
ra etiam grandia dato prelio quovis vnde vis ,
portant . Quamobrem hi & onus moderatam
eſt , & via non longior æquo , & pretium
non iuſto minus , nihil res ipsa perterriti ha-
bet . Vtrum vero expedit necne Reipubli-
cae iſta vel prohibere , vel finire , non noſtri
arbitrii eſt decernere . Lex vero quatenus
nus obligit conſuetudine contra obtinente ,
nihil habet hic propriæ difficultatis , sed com-
mune eſt cum aliis plerisque . Certè ut eſt cul-
panda , vel deteſtanda potius veteranorum
quorundam immanitas ſcđifissimè barbarorum
ceruicibus abutentium , ita etiam quorun-
dam delicata nimis hoc tempore trepidatio eſt
impro

222 DE PROCVRANDA INDOVRM
improbanda, qui non vident, non solum confuetum vincuique non esse molestem, verum etiam iucundum, putantque omnium sensus, & animos ex suis esse metiendos. Integrum extium diem metendis frugibus infudabit rusticanus, aut aratro ducendo, qui si quartam horae partem vtrumque genit humi higere iubatur, necem sibi praefagiet certam. Et si quis vincuique iucundus labor. Itaque gentes Indorum apud nos bauilandis oneribus perassuetæ, si æquo plus non virgantur, neque iniuriz, neque incommodi quicquam subeunt, cetera, ut dixi, moderata sunt, pondere, labore, pretio.

C A P U T XVIII.

De Metallorum operatione.

AT illud durissimum videtur imperium, cum metallis effodiendis emancipantur, quod vel que adeo ærumnosum & graue à prisca est iudicatum, ut quemadmodum nunc ad tritemes damnatur propter insolentia crimina homines facinorosi, ita olim ad fodendi metalla damnarentur, quod capitali supplicio proximum erat. Ad id ergo homines liberos nihil mali commeritos adigere inhumanum, atque iniquum valde videtur. Deinde compertum est eo in labore multos absurmi, vel fatigacione fractos, vel discrimine extintos. Horror est dicere, quæ mineralium intra ipsa abditissimæ telluris viscera delitescentium facies sit, quæ vorago, ut verè tartarus ipse patere vidicatur,

SALVTE. LIBER III.

223
videatur, neque inepte Poëta olim gazas apud Plutonem reconditas fabulati sint. Chrysoftomus sui temporis laborem hominum in extra-hendo metallo miratur, narraque eloquenter, verum illa omnia praे nostris sumus, & umbra sunt. Perpetua atque horrenda nox, aer crassus & subterraneus, descensus prolixus & perdifficilis, cum durissima rupe lava contentio, statio periculosa, si vestigium nutet, actum est, humeris vestatio permeolsta, per gradus obliquos, & male harentes ascensio, ceteraque etiam cogitatu grauia. Ad hæc cum argenti venæ in prærupeis plerumque & inaccessis rupibus sita sunt, terraque inhabitabili, ut eurentur, à patria extores veniunt, solum aëremque mutantes, facilimè valetudine afficiuntur. Quid vero vbi argenti viui effodiendi labor est, cuius vel tenuissimus halitus, cum igne circumclusus exhalaratur, præsentem necem affert? Quid de gemmis explicandis dicam? In oppido Rio de la hacha, vocato cum essem, comperti duram Indorum seruitusem extrahendis conchiliis, summo mane in ratem imponebantur, in pelagus descendebant magne laxe profunditatis, vbi integrum penè horæ dimidium halitu compreso virinatorum more, conchilia, ostreaque conquerente immenso labore, summo periculo, cibus semper parcissimus: commercium omne interdictum custodia omnibus nocturna communis: vitæ ratio molesta, ac liberis hominibus prorsus aduersa. Hæc diu actitata, serò tandem animaduersione digna emendata sunt, sed sunt tandem Rege Catholico id semel, ac bis, ac tertio inquirente,

rente, & agente. Itaque Indi omnes liberi declarati sunt, & ab eo labore cessate sūfisi: quicunque superflites tam diuturno labore reperti sunt. Ad eundem ergo modum, & metallorum effodiendorum non admodum dissimiles arumnæ sūti debere non paucis videntur. Habent enim cùm iniuriam contra libertatem Indorum, quod seruire cogantur alieno lucro cum tanto suo incommodo patria sepe liberisque deferris: tum vero exitiale periculum, cùm ecclie mutatione, laboris molestis rei ipsius discrimine impendere videatur interitus. At si metalla curari deferint, si argentum è venis non eruant subuersis à tadi-
Iob. 2.8.
 cibus montibus, vt est apud S. Iob, si aurum ex fluviorum obicibus non cogatur, mineraliaque cetera negligantur, actum est, Indorum negotium & Relp. interit. Neque alios fructus Hispani tanto Oceani circuitu querunt, neque alia ex causa, vel mercatores negotiantur, vel iudices præsident, vel ipsi quoque sacerdotes plerumque Euangelizant. Argentum autumque si desit & se subducatur ex oculis, omnis frequentia, omnis communitas, omnis ciuilis & sacerdotalis concursus breui cuaneferet. Testes sunt Insulae Hispanica & Cuba, & sancti Ioaanis, olim quidem frequenter, dum autem maternæ circumfluerent, nunc penè deferte & horridæ, postquam indigenarum penuria pretiosissima metallæ, quæ illic abundant, elaborati non possunt: In omni hoc nono orbe eas provincias doctrina maximè florere cernimus, quas opibus quoque præstare conusat, vt ad hoc commune imperium omnes vndeque confluere videantur.

Equidem

Equidem nefcio virum potius faciām, queārme nostrorum temporum calamitatem, & charitatem refrigerentem, fidemque raro in quoquam inten-
Lnc. 18.
 tam, iuxta Domini verbum, tot animarum millia ut Christo lucrarent, non satis merces videri dignas, quæ nostrorum animos excitent, auti argenteique cupiditatem longè plus valere apud nos, vt ita si defint, animarum salus pro nihilo fiat? An verò Dei bonitatem, summamque prouidentiam admirer, qui pro nostrorum hominum ingenio, vi gentes adeo remotas, & barbaras Euangelio adiungenter, aurum argenteumque his terris tam copiosè donavit, hisque veluti illexit nostrorum cupiditatem, vt si charitas non inuitaret animarum, auti saltē cupiditas inficeret? Et quemadmodum olim increditas Israëlis salus fuit genitum, ita nunc Christianorum auaritia Indorum vocatio facta est. Quid enim? Situe per veritatem situe per occasionem Christus annuntiatur? Sed in hoc gaudeo, sed & gaudebo, ait magnus Apostolus. Occasiones namque benefaciendi etiam Deus captat. Prima Euangelij diffusio ex trepidatione, & discipulorum ob Hierosolymitanam tempestatem nata est, Apostolis foliis vel penè foliis Hierosolymis persistenteribus. Populus Israëliticus ob etiam Dei sibi committerat inter gentes dissipatus est, quibus magna ex parte salutis fuit. Itaque & populo suo etiam, & alieno misericordiam codem factò Deus impedit. Merito Paulus compellat, cum ad ista venit, altitudinem diuiniarum sapientie, & scientie Dei. Itaque quis non diuini consilij arcana suspiciat, atque admiretur, qui aurum argenteumque omnium

Rom. 11.Deut. 28.Hier. 9.Tob. 13.Phil. 1.Ab. 8.

P morta

mortalium perniciem salutem voluerit esse Indorum? Quamobrem que sine Dei offensa, & fratribus iniuria adhiberi consilia posunt, ut ista neque intercidant, neque immunitur, ea à sapiente & religioso Reipub. administratore negligenda non sunt. Et quoniam graui maturaque Theologorum, iurisque prudentium consultatione non ita pridem totum hoc de mineralibus per Indos elaborandis negotiorum tractatum est, extantque leges provinciales scriptae, quo ordine, quâve moderatione metallâ eruantur, ut saluti commodissime Indorum prospectum sit, non mihi videor tantorum vitorum sententiam improbare, multoque minus leges alias debere praetribere, quibus tam aperta Indorum conditio temperetur. Tantum capita repetenda sunt, breuiterque ponenda, quibus eius rei facultas constringatur. Primum igitur doctrinæ spiritualis ministri in his, qui metallâ operantur, ne desint, vt sint qui Missas celebrent, qui in fidei rudimentis erudiant, qui mortuorum confessione excipiant, exeteraque necessaria administrent. Deinde ut valetudini consularunt, ne aut contrario valde calore ventes traducantur, aut è longo valde traxi euocentur, aut laboribus immodicis opprimantur. Mox, ut fortunis quoque suis non pessimè consuli sentiant, sed pretio iusto tam molestus eorum labor compensetur, si tantisque lucella sua interim querere. Adhuc ut & valentibus opportuna alimenta suppeditentur, & ægrotantibus solaria necessaria non desint. Ad ultimum ut labor ipse distributus commode per vires suas, ne diutius contra voluntatem suam à patria abesse cogantur, neve una provincia sem-

per

SALVTE. LIBER III. 227
per oneretur, alia semper in otio degat. Quas conditiones si, vt par est, legitime seruauerint nostri, quemadmodum à viris sapientibus enucleatè proposta sunt, videntur tolerandi, ne commercio siniro, cura quoque Euangelij concidat: at si negligantur hac, & acerbis cum Indis tanquam cum mancipiis agatur, viderint ipsi, quas Patri pau- *Psal. 57.*
perum & iudici orphanorum rationes reddituri sunt.

CAPVT XIX.

Quibus modis salus Indorum per seculares ministros procurari possit.

Quoniam humanam ac ciuilem administrationem Indorum hoc libro explicandam suscipimus, & quibus ex causis & qualibus conditionibus tum Patroni tum Magistratus obfringantur, vtuncque licuit, exposuimus, superest, vt dicamus qua maximè ad eum finem facere videbuntur. Neque nunc tamen expectandum est, vt de optimâ Republ. differamus, legumve ferendarum rationem, exeteraque recticris artis persequamur, qua neque facilitatis sunt nostræ, neque si maximè forent, ad præsens institutum pertinerent. Tantum qua proposito negotio, id est, vt Euangelicam salutem barbari confequantur, proprius inferuant, ea attingenda sunt. Quorum caput est omnium, quod quidam rerum Indicarum egregius æstimator dixit, in barbaris prius esse

P 2

curan

cucundam , vt homines esse discant ; deinde vt Christiani , quod tanti ponderis est , vt inde vel falso certa , vel certa perniciies expectanda sit . Etenim feritatem inter nationes barbaras plurimum reperi xi Aristoteles recte monuit , quam non minus recte definit , vitium esse adeo exuberans , vt hominem feram potius efficiat . Tales vero habitus , et si ille regionum extremo vel aestui vel frigori non fallo alcibi scripsit , tamen & frequentius , & certius est coniuetudine maximè fieri , quod & alias docuit , & sati nos admonet huius Indici celi mira temperies . Hos igitur sylvestres , ferinòsque homines ad humanitatem traducere , urbanisque institutis accommodare prima debet esse cura moderatoris . Frustra diuina & celestia docebis , quem ne humana quidem capere , aut curare perficias . Prodest in ea re plurimum nostrorum hominum consuetudo , prodest cultus omnis externus , arque obseruans majorum , profunt conuentus certis , & diebus , & locis , pœnæque & contumelie interrogata negligenter ; honor , & premii recte factis propo sita : ex ipsis , qui elegantiores sunt , ceterorum magistris , censoreisque constitutere . Ordo vero quidam tum oppidorum , tum domiciliorum , vt non veluti euniculi fortuitas sedes eligant , tum vero vt in conspectu , corum omnis actio sit , neque latebra petere finantur . Ad hanc permixta illa ac sine vilo delectu spurca habitatio , vbi simul & maritus , & vxor , & filius , & filia , & frater , & hostes , & canis ipse arque sus cubat , accurate auertenda est , quantum licebit , quæ causa est nullius

*7. Etiae.
c. 1.
2. Mag.
mor. c. 1.*

*Sch. 16.
Probl. 1.*

*7. Etib.
cap. 1.*

nullius pudoris , nullius paternæ reverentiae , generis quoque , immo & sexus contempti equina cuiudam libidinis in obvia quæque sine vlo vlo pudore gravantis . Quæ tamen neque brcui omnia exigenda sunt , neque desperanda vel sero . Videmus certè non paucum esse perfectam , vbi nonnulla cura moderatoris effulgit , quæ si confirmata , vigilansque fuerit , non dubium , quin alium hominum statum efficiat . Vnus M. Franciscus Xaurer , isque nulla ciuili potestate munitus , Insulam Moti fertur ex immanissima feritate ad miram mansuetudinem traduxisse , neque adeo longo tempore . Quæ vero antiquorum inueterata consuetudine occalluisse videntur , vt in meliorem formam transferri nequeant , majoribus sua amantibus , peregrini penitus resipientibus , ea minorum , id est , puerilis , juvenilisque ætatis accurata institutione emendanda sunt . Cui vni rei omni studio incumbere oportet rectores , si modo res Indorum aliqua ex parte curant . Iuuenturis , quæ iecesis fundamenta , eam tu perpetuo strueram reliqua ætatis exiftima . Quamobrem non est quorundam contempnenda sententia , qui scholas , Ecclesiæ rudimenta , domicilia quoque & tempore procedente collegia nobilium maximè Indorum Hispanos viros maxime integros , & probatos curare debere censem , vbi à suorum consuetudine , quoad licet , remoti mores nostros , fermoneque perdiscent , qui possint mox suis esse idonci preceptores . Quæ sanè sententia quamquam difficultates non paucas habet , tamen , vt minus prospere cedat , non poterit profecto non & plures , & maiores vtilitates asserre .

*Liber 4. de
vita Ig^o.
naty.*

230 DE PROCVRANDA INDOVRM
Iam illud maximi faciendum est , vt ab Indorum
populis desidia , arque otium diligenter ampu-
tetur , cui & naturaliter dediti sunt , & vita sensu-
que omni torpescunt , vitiis quoque impuris non
parum capti . De qua re quoniam quae satis esse
puto , supra infinitata sunt , faciemus ad reliqua
gradum .

C A P V T X X .

De ebrietatis malo barbaris familiari.

Inter omnes verò barbarorum morbos , quibus
Ieuandis arque tollendis iniugilare debet Chri-
stiani rectoris prouidentia , nullus aut communior,
aut pemicioseior , aut etiam ad curandum
difficilior ebrioestate . Qui res noui orbis optimè
callent , negant posse promoueri quicquam in re-
ligione , ac ne in qualicunque quidem institutio-
ne politica , nisi malum hoc latissime seuiens ab
Indorum finibus exterminetur . At profecto mi-
rabile est in tot tam varii orbis nationibus reperi-
tis , cum nullus vini vius , nulla penitus notitia ex-
ticerit , temuletaria tamen vique adeo virtutum om-
nibus esse commune , vt pro raro miraculo sit , si
qui sobrietatem non odio , & ignominia profe-
quantur , id quod de Tucumanis , & quibusdam
alii sane paucis accipiunt , necio an falso .
Quanquam vnum illud ebrietatis malum incre-
dibile est diu , quor artibus , quam varis , quam
exquisitis procuretur . Ex oryza Æthiopas , & Si-
nas

SALVTÉ. LIBER III. 231
fias expresso quadam ac decocto humore ebrios-
fas sibi temperate potiones vulgare cft . Nostri in-
digenæ plerique ex fruge sua premansi fermentum
aque immixtum atque excoquunt , alii pu-
trefacta potius vtuntur , unde Sora ab ipsis dicta
eficitur , quovis falerno potentior . Quidam ex
ramulis quibusdam arborum decerpitis sua vina
conficiunt . Alibi ex palmulis expressus liquor
ebrietatis mire efficax , quem & veteribus in vñ
fullis scribit Chrysostomus . Insulani nonnulli fer-
ui faccurent succum quibusdam medicamentis
ita inficiunt , vt vehementissima potio evadat ,
quam illi Guarapum nominant . Verum quid atti-
net innumerabiles temulentis species refere , vt
quod in vna vite natura latèr voluit , id peruer-
ars ad tam multa transrulevit ? Sed neque nouant
hoc est , neque nostrorum barbarorum proprium .
Scribit Plinius grauis author fuisse Occidentis
populis suam ebrietatem fruge madida , Plenibut
que modis , inquit , per Gallias , Hispaniasque no-
minibus aliis sed ratione eadem , Hispania iam &
vetustatim ferre ea genera docuerunt (id est , in-
star vni diu in cellaris afferuati) Egyptus quo-
que potus similes excogitauit . Nullaque in parte
mundi cessas ebrietas . Hæc Plinius . Quo minus
nolitis barbaris irascendum est , quod vritis ino-
piam fruge compenfant , suaque inde vina confi-
ciunt , cum & veterum ista fuerint , & hodie quo-
que non diffimilis Cantabti in Hispania ex pomis
faciunt , & Belgæ ex hordeo expriment . Quæ om-
nia potionum genera Sicca nomine apud He-
breos comprehendi Hieronymus docet . Cum verò
cibis vtuntur Indi ferè vilissimis , & parcissimis , atq[ue]

*Hamil. in
c. 1. E. si.*

*Liber. 14.
c. 22.*

*In p. 11.
ad Gal.*

inguiriem maxima ex parte ignorant, perpetandi tamen nullus est finis, nullus omnino modus. Ac mihi tā prodigiose bibacitatis causā aliquando requiri ea occurrit in primis, quā Plinius, eodē loco inlinauit. Namq; & hec necessitas vitium comittant, ut bibendi cōsuetudo augeat audiātarem, sc̄iūmque est, Scytharum legati, Quanto plus bibent, tanto plus sitire Parthos. Perinde est enim vinolentiam bibēdo velle fedare, argūc ignem materia apposita perger extingueri. Nam quod natura appetitioni datur, moderatum est; ut vitiosa, & prēter naturam libido nullo expletur, ut praeclarus Aristoteles de pecunia audiātate dixit. Id etiam Chryloftomus bēne admonuit ebrietati vacantes nunquam satiari, sed quantum ingurgitare, tantum siti flagiare, ita ut inflammatio quadam eis sit vini vius. Aestuant enim vīna ebrii, ut nos legimus in Eſua, siue vīnum comburit eos, ut alij significatiū legunt. Mīhi verò præterea non solum delectatio ipsa potandi ab ebriis quāri videtur, sed illa quoq; longē iucundissima clīc, quae est summa infelicitas, mentis emotio. Seniū illam caliginem, & noctem offusam cerebro, dulcem sibi reuera est; ipsi barbari iactant, & rebus ipsis copiosē probant, cum potionibus interdum vtantur per quam acerbis, interdum ne potionem quidem vilam adhibeant, sed succo pigmentis naribus resumptis, in quo nulla esse potest saporis voluptas, ebrietatem accersant. Nam in quadam insula cum navigationis commoditatē expectarem, didici ex Tabaco contuso. (genus id herbari est ad permcōendum cerebrum mīre efficax) seruos Aethiopicos naribus exorberē vim solitos, grauenique sibi ac diutinam

*Hom. 2.9.
in Genes.*

Eſai. 5.

turnam inde temulentiam excitantes, pro magnis deliciis ducere, ut vix minis plagiisque ab ea conſuetudine auelli possent. Verum præcipua cauſa tā effulatum compotationum, tamq; ardentis studij, Diaboli prorūs ats est, qui nelfio quibus præfigiis infanos homines noctes diēsque bibendo cōfumero pro summa felicitate, pro maxima religione persuaserūt. De his planè loquitur sapiēs cum idololatrarum mores explicat, Tot & tam magna malitia pacem appellant. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obſcurā sacrificia facientes, aut infanias plenas vigilias habentes, neque vitam, neque nupias mundas iam conſtituant, & cetera. Qui symposia barbarorum, & bibendi canendie vivisſitudines, turbulentaque illas pernoctationes confixerit, non potuisse melius significari dicet, quam per vigilias infanias plenas. Eam quoque antiquorum fuisse ſuperſitionem, ut Deos suos effulsa perpotandi licentia celebrarent, nocturnaque cantiones, ac ſalutations libidinis furorūque plenaſ multo mero dedicarent, Philonis libri attestantur, Græcis pariter, atque Barbaris mira contentionē certantibus, vtris potius ebrietatis palma concederet. Hinc Pœanes, hinc Orgia, ceteraque impudentia omnis Deorum cultibus attributa. Quo etiam exemplo Balthasaris cōiuze temulentū ſimil bibeant vīnum, ſimil Deos suos laudabant auricos, argenticos, ærcos, ferreos, ligneos, atque lapideos, ut ſcriptura commemorat. Quare ebrietatis malum non ſimplex quoddam hominis vitium, ſed vniuersa Reipub. peſtem exiſtimare debemus, que & numero, & diutinitate vices ſibi maximas comparat.

Sap. 14.

*De vita
contem-
plati.*

Dan. 5.

CAPVT XXI.

Que mala ex ebrietate oriuntur.

SAtis quidem ad fugiendam, detestandamque
ebrietatem esse debet, quod inter ea opera
ab Apostolo numeretur, quae qui agunt, regnum
Dei non possident, qui etiam tanquam vene-
natum ebriosorum mensam vitandam docet.
Gal. 5.
1. Cor. 8.
1. Cor. 5.
Hom. 29.
in Gen.
Gen. 43.
Prom. 11.
Chrys. in
c. 1. Epi.
Cone. Tu-
yon. c. 48.
Aripl. 3.
probable. 5.
lib. 14.

Quanquam ebrietatis verbo cum copiolam
quandam saturitatem scriptura significat, non ne-
cessit est crimen accipere, quemadmodum adno-
tauit etiam Sanctus Chrysostomus, vt cum Ioseph
cum fratribus inebriatum legimus, & apud Salo-
monem, Qui benedicit, impinguabitur, & inebrians,
ipse quoque inebriabitur, quod in bonum
accipendum est, non est dubium. At vbi vera
temeraria & ebrietas est, ibi crimen esse dubi-
tare non licet Christiano. Satis ergo mala est
ebrietas ipsa per se, que excludit a regno Dei.
Sed sunt longe grauiora, quae ab ea mala profi-
ciscuntur. Verè enim à sanctis Patribus innume-
tabilium malorum fons perhibetur. Quia de re
extat Magni Basili elegans fanè, & copiosa ora-
tio, cuius sententias exscribere, vt sepe solet,
videtur Ambrofius in libro de ieiunio, & Helia.
Tribus ergo, vt compendio dicam, nocet vche-
mener ebrietas, Corpore, Moribus, Fidei. Ari-
stoteles, & morbos, & cauas persequitur in
Problematis, Plinius in naturali historia. Ex
nostris

SALVTE. LIBER III.

nostris os aureum Iohannes ad suos Antiochenos,
Non pauciores sed multo plures, & difficilliores
animi, & corporis morbos immoderata vini pa-
rit potatio, passionum bellum, absurdum hy-
mem cogitationum menti introducens, & cor-
poris vim molliorem, & solubiliorum efficiens.
Non enim ita terra natura vexata aquarum super-
abundantia continuo dissoluitur, vt corporis
vis mollescit, & diffilit, & exilis redditur, vi-
ni poru continuo ingurgitata. Cui Ambrofius *De Helia*
concinis, Hinc phrenesi periculosa, hinc cal-*Chicunio*
euli gratis pena, hinc exitialis cruditas, & re-*c. 1.*
liqua. Neque tacitū ista sapiens, Sed quam suf-*Ecc. 31.*
ficiens est, inquit, homini eruditio vinum exi-
guum, & in dormiendo non laborabis ab illo,
& non senties dolorem. Vigilla & cholera, &
toitura vito infrunto, somnus sanitatis in homi-
ne parco, &c. Que cum ita sint, verissima co-
rum mihi sententia visa est, qui immatuos plu-
rimorum obitus in hac regione nimia ebrietati
tribuunt. Sunt etiam viti pergraues, qui hanc in-
feriorem, ac maritimam oram olim Indorum
populis refertissimam, & numero fissimam, nunc
adeo imminutam, ob id inter alia sentiunt, &
predicant, quod post Hispanos ingressos ef-
frenatè sua fecerat, & quidem exitiali maximè
indulgent, argumento esse, quod monta-
nos, quia & partius bibunt, & natura frigidio-
re sunt, multitudine etiam auctos esse videamus.
Id fanè magno Christianis opprobrio est In-
gani Regem barbarum, & idolis deditum ab
ebrietate subditos sibi populos cohibusse: no-
stros vero, quos oportebat mores quoque per-
ditos

236 DE PROCVRANDA INDORVM
ditos emendarc, temuleutis incrementa tanta fecisse. Omitto interim tumultus quotidianos, plaga-
gas, neces ab eismodi compotationibus natas, quod & Indis, & seruis Aethiopibus familiare est.
Vidi ipse ex taberna duos semicaptos vino egre-
flos vix oboli causa, se mutuo vno codicemque gla-
dio confecisse, & quidem extracto bis è perculo
corpo præ alterum fericidi furore. Itaque mo-
mento temporis examines ambo coruerunt. Ne-
PROM. 2.3. que enim frustra Salomon dicit, Cui vñ, cuius
patri vñ, cui rixæ, cui fouæ? Cui sine causa vulne-
ra, cui suffossio oculorum? Nonne his, qui com-
morantur in vino, & student calicibus epotandis?
Addc quod sensum hominis ebrietas, etiam di-
gelta reddit stupidum, & mentis aciem grauitex
obrundit, argu hebetar, obliuionem rerum om-
nium affert, & vt Plinius dixit, mortem memo-
riæ. Quid verò attinet dicere oris illum fætorem,
gestus improbitatem, incessus titubationem, quid-
vis loquendi temeritatem, importunas corporis
fordes, ceteramque illuiciem, vt homo breui in
belluam transiſſe videatur? Quæ quanquam in
omni genere ebrietatis damna reperies, nūquam
tamen cumulatius, quam in istis barbarorum in-
gurgitationibus adeo portentosis, vt corpus instar
vtris, aut canalis potius perennis, potu huat, quæ
fanæ pestis valetudinis, vitæque humane tanta
est, si nulla Dei præcepta cogitarentur, nulla sce-
leribus intentata supplicia, tamen ob Reipub. in-
commoda diligentissime cuivis legislatori, & ma-
gistratu caueda, relegandaque sit. Corpora ig-
tur infestat ebrietas, animos verò quid? Nempe
nulla est morum corruptela maior. Audi, si vacat,

Basilium

SALVTE LIBER III 237

Basilium in praetexta de ista ipsa peste concione,
Ebrietas, inquit, Dæmon est voluntarius ex vo-
luptate animabus nostris inditus, ebrietatis mali-
tie mater est, virtutis inimica, fortis virum redi-
dit ignavum, ex temperato facit laſciuum, iusti-
tiam ignorat, prudentiam exigit. Et post non-
nulla, Quid opus est reliquam perturbationum
catervæ enumerare, morum peruersitatem, promi-
titudinem illam ad iracundiam, ad querelas, ce-
lerem ad repentinam animi ad omnia mutatio-
nem, strepitum multum, ac tumultum, facilem
ad dolos deductionem, ad omnes ire motus
inconsiderantiam? Voluptatis verò incontinentia
omnis ex vini fonte originem, vimque habens,
præcess ad omnem impuritatem, atque intem-
perianam ruit. Animalium omnium libidinum
freditatem superat, cum bruta natura leges in
hoc genere noscam, atque obseruent: ebrij tantum
in mare ferminam, in femina marem querunt,
atque optant. Haec Basilus, aliaque complura, que
non augenda orationis studio, sed quotidiana
experiencia oblatione prolata sunt. Obsidet
hoc monstrum, atque infestat vniuersum terrarum
orbem, verum nūquam grauius fæuit, quam in-
ter hosce barbaros, apud quos ea est rerum om-
nium perturbatio, vt extrema obsecritates, &
nefaria flagitia compotationis furor admisla in
magna laude ponantur. Canitur more solemni,
conuenient sine villo discrimine omnis ætas, fe-
xus, necessitudo: bibit ad contentionem: dolia
integra pene vno spiritu exhausturuntur: ducuntur
choræ per quam elegantes, saltitatur vñque dum
Bacchus viatos stetnat: vigiliae infania, atque pe-
tulanti

*Homilia
Ebrietati-
tem &
luxum.*

238 DE PROCYRANDA INDO RVM
tulanti libidine plene exiguntur : quidvis licet in
quemvis, inuiolata lege computationis. Hic quæ
dedecora humani generis pudet referre. Non par-
citur virginis, non defertur vel matri, nihil inter
conjuges interest , fure etiam libido in viros,
masculi in masculos turpitudinem operantur.

In libro.
Nra Phi-
lostephan-
dum sit
inter po-
cula.
Gen. 19.

Arist. in
Ethic.
Lib. 12.
con. Pau-
lum. c.
44. In
lib. de
Abrahā
cap. 6.
Ariſt. 4.
Ethic.
M. A. 1.
Ethic.
Lib. 12.
con. Pau-
lum. c.
44. In
lib. de
Abrahā
cap. 6.
Ariſt. 4.
Ethic.

Quid metu pecudes ? Evidem assentior Pitta-
co duplices penas in ebrietate peccantes decen-
tenti. Nam quamvis sciām Diuum Augustinum
non ineuctum in Loth, sed ebrietatem culpa-
te, Ambrosium quoque mitius in ebrium cri-
mina animaduertere , tamen Philosophi senten-
tia nemo repugnabit, qui per ignorantiam excusari
peccatum negat, cum ignorantia ipsa , & scitu
causa peccati , & nihilominus non cauetur, ne
dum cum vel ob hoc ipsum placet, vt peccetur li-
centius. Ita proſus res habet, confito barbari
temulentiam amant, tanquam Noidinis omnis
magistrum. Sunt vero Bacchanali hac, aut Or-
gia, aut Cibellia, aut Lupercalia, aut quovis no-
mine appellari malis, non annus vt aptud veteres,
sed mentria, vel quotidiana potius. Nullus est
mensis, qui ea celebritate vacet, nullus carus co-
gitur, nulla res feria initur, non nubit filia, non
parit pectus, non foditur ager, non Deo sacrificatur
nil ebrietate optima ducē p̄aeante. Vna illa
publicas, priuat̄sque res ornat, & magnificentiae,

&

SALVTE LIBER III.

239
& religionis argumentum. Misera prorsus stultorum hominum seruitus, qui cum ipſi natalibus
parum à brutis absint, studio, atque opera omni
contentunt, vt brutis quoque deteriores sicut.
Mores quidem tales ebrietas efficit Fidei verò ia-
nuam intercludit, effoque religionis Christianæ in-
ter Indos hostis seculissima. Praeclarè Beatus Am-
broſius dixit, ebrietatem esse perfidia marrem
continentiam Fidei, quod perspicuè docet ser-
mo diuinus. Sedit, inquit, populus manduca-
& bibere, & surrexerint ludere. Quem lu-
dum intelligat, quis ignorat? Vituli aurei ador-
ationem explicant patres, & Paulus ipse, Neque
idololatria efficiamini, sicut quidam ex ipsis, si-
cut scriptum est, Sedit populus manduca , &
bibere, & surrexerint ludere. Certissimum est
ebrietati esse sacrilegium plerūque coniunctum. Non ante Balthasar sacra vasa popo-
lit, ac profanè abusus est, quam temulen-
tia imperauit, tum Deos suos cuique laudandi
certamen exortum est. Reuera vinum, & mu-
lietes apostolata faciunt etiam sapientes. Incre-
dibili versutia Diabolus in hoc orbe omnem
suum cultum ebrietate conduxit, omni vicissi-
mum ebrietati aliquid de suo cultu adhibendum
docuit. Experiensimotu Indorum pro-
certo confirmant nullam esse paulo celebri-
orem computationem, nullas vigilias statas, quin
peculiaria superstitionis, & facrilegii genere im-
bruantur: Huinsque scleris obseruata est tanta
calliditas, vt non aliter iam antiquum suum ex-
torem & idololatriam tueantur, quam per occa-
sionem solemnium computationum, atque can-
tionum.

De Hebreo
& iiii.
Exod. 32.

1. Cor. 10.

Dan. 5.

Ecc. 19.

240 DE PROCVRANDA INDO RVM
tōnum. Huc maxime spectat omnis eorum Ta-
qui, sic enim vocant celebres cantilenas inter po-
tandum potissimum adhiberi solitas. Ipo faci
Paraceutes magna die, quo Domini Iesu Christi
mortem Chirilitani pie colimus, Satanæ artificio
flagitiosissimi ludi ab ebrijs barbaris agunt mor-
re solemni: quod tantum nostra sancte Religio-
nis ludibrium etiam à baptizatis iam multis In-
dis, vt nobis viti fide digni narrarunt, occulē
quoad licet, frequentatur. Atque in hoc genere
sunt alia plurimæ veterans magis comperta. Quā-
obrem suadissime est in Provinciali Concilio in
hac rive celebrato decretum, vt eiusmodi com-
potationes tanquam idolatriæ fomenta sum-
ma diligentia excludantur, ac penitus exterminen-
tur: siisque certa ac constans plurimorum senten-
tia frustra Indos Christianam Religionem doceri,
quandiu pestifera istaæ consuetudo inerti no-
strorum dissimulatione retinetur.

CAPVT XXII.

*Quibus modis ab ebrietate Indi
compesci queant.*

Verum huic tam perniciose malo & si non
dubitant omnes pii, & prudentes occuren-
dum esse, tamen quomodo occuratur, non est
omnium vina sententia. Sunt, qui non alter ebrie-
tatem tollendam patent, quam viu omni siceræ,
idest Indicæ potionis excluso. Id ut fiat grauissi-

mas

SALVTE LIBER III. 241
mas esse proponendas, & exigendas p̄nas, si
quis vel è fruge ea vina conficiat, vel confec-
tatur. Nisi enim materia omnis subtrahatur, nul-
lo modo tantum incendiū extingui posse. Quo-
rum vox nihil propemodum ab eorum sententia
mihī abeſt videtur, qui non ita pridem cum Ro-
mano Pontifice serio agendum exiſtimatunt, vt
generali Ecclesiæ decreto vineæ omnes ab orbe
Christiano extirparentur, relictis tantum in sa-
cros vius necessariis, quod per vini immoderata-
tam vim incredibilis mala dicerent evenire, idque
in Septentrionalibus præserim Europe populis
multis magnis documentis demonstrabant. Sed
facile horum est explosa sententia. Neque enim
vt scitè dixit Chrysostomus, vino, sed violentia,
frana adhibenda sunt. Eadem certè causa, & pec-
unias nullas esse iubebunt, vt avaritiae occurran-
& preciosos pannos, vt fastu rectundatur, & fo-
minas ipsas ſepelire oportebit, ne libidine conci-
tent viri, qui potius oculos eruent, & linguam
adiment, ne tanta peccemus. Omnino nihil est
adeo fanum, adeo bene prouifum diuitius,
quo non in pernicie ſuam abutiri possit humana
malitia. Et reuera ſicut vinum decenter, & sobrie
vſurpatum, & valetudini, & robori, & latitiae con-
fert, quæ qui detrahunt, iniuriam Dei prouidentia
facit inſignem, emendare volens quæ ille sapienter
fecit, ita planè ſicera Indicæ potionies utilitatis
habent non contemendas, quas qui profus adi-
mit, non mediocriter miseros premit. Nam &
robustam, & ſalubre, & alluefactis non inituenda
esse ſiceram (sic enim iam dudum voco istam vul-
garē Indorum potionem), ſue Maicio, ſue Cacao

*Chrysost.
hom. 31.
in 1. ad
Cor.*

Q

sue

sive quovis alio genere constet) nullo modo negare possunt, qui cumque ista experti sunt, genus verò hominum inops, & tenue nullas alias delicias agnoscens, hoc uno adiumento priuare velle inhumanitatis est. Ergo non res in culpa est, sed modus querendus est. Atque in primis quamvis sicera omnis non prorsus interdicenda videatur, tamen rectè admodum & sapienter Regio edicto cautum est, ne fucata ille, & præpotentes potiones oppidoque damnosæ conficiantur, qualis ea est, quam nostri foram dicunt. Nam vbi non tam potum, quam ebrietatem queri constat, iure optimo vitiosum potionis genus prohibetur. Hoc ergo excepto, non placet omnem porandi iucunditatem barbaris adimere. Sed si rectè concessa in ebrietatem concurrat, iam seueriore pharmaco putredo hac refecanda est. D. quidem Augustinus valde in Africanas sua ætatis compositiones stomachans, consilium dat Aurelio Carthaginensi Episcopo, ut placide, suauiterque

Epis. 6.

*Plutar-
chus in
vita De-
mocriti,*

cauere,

243
cauere, que in aliis tantopere abominarentur. At nostrorum barbarorum ebrietas longè alia via exterminanda est, quorum ali longè mores sunt, & ingenium natura ipsa seruile. Seruus verò, *Prov. 29.* vt dixit Sapiens, non potest verbis emendaris, quod enim dicas, intelligit, sed obedire contemnit. Itaque & si exempla proponenda sunt, & si sacerdotales commonitiones, atque comminationes cefare non debent; tamen vt in vetustis viceribus fit, asperiore medicamine sanies ista radenda est. Opus est potestate civili, opus est scria animaduertione in temulentos, ac nisi lege agatur, fructu surdis verba fient. Verum si putredo hac refecanda est, & tamen materia non demittitur, quidnam remedij esse potest? Dicit quipiam. Audiu ex viro ornatus, eodemque portius rei Indice peritissimo plerisque videri difficultem, & permolestiam eam cohibendi ab ebrietate prouinciam: sibi verò perfacilem, & iucundam. Cum me tanta rei pollicitatione non mediocriter exerciseret, subiecit preceptionem & mili, & vt opinor, cuius prudenti valde probaram. Vituperabat ille eos, qui bibendi constitudinem, aut ad certos calices definirent, aut priuatis mensis magnopere interdiceret. Censebatq; portius quandiu intra priuatos parceret priuatum ipsi biberet, etiā foras si excederent, vel dissimulandum esset, vel si proderentur, non admodum rigide excipiendum. At compositiones publicas, itatas, ac celebres, eas summis viribus eis exturbandas, ac profitandas, idque & expedire omnino, & factu non esse difficile. Vtrinque sue assertionis causas afferebat egregias. Nam priuatum vniuersitatis; per-

Q. 2 potationem

244 DE PROCVRANDA INDOVRM

potationē infestū profecū tum difficile est, quod
 latebras domesticas , atque horas importunas , &
 iniquitas varietates peruestigare nemo possit;rum
 verò nimis hoc arctum , & asperum est, ac merito
 verendum est, ne qui nimium emungit, eliciat
 Pro. 30.
 Epif. 63.
 ad hanc
 lumen.
 etiam sanguinem. Quanobrem B. Augustinus
 quanquam ebrietati infestissimus , censebat ta-
 men aliqua ex parte coniuvendum, sed feramus
 haec inquietus in luxu, & labo domestica , & eorum
 coniuviorum , que priuatim parietibus continentur.
 Atque haec quidem antiquis eam & robustis
 Christianis condonabat , barbaris & à patria su-
 perfitione recentibus, quique iudicio parum ad-
 uerteris cōsuetudinem obſistere queant, non mino-
 ra cere condonaturus. Et si enim ebrietas per se
 quidem crimen est, tamen ob ea maximè vitu-
 peratur, que parit mala; que tamen in priuata
 mensa, neque ita multa, neq; adeo immania sunt.
 Nam tota illa incestuosa libido, illa sexus fœdiſſi-
 ma permutatio, mox cædes, truculentia , & quod
 est omnium caput, scelerata idolatria obſerua-
 tio, in priuata mensa ignorantur, vbi præter con-
 iuges, vix est aliis? Quia certè omnia in celebri-
 bus, & publicis comportationibus effusissime fa-
 uiunt. Imò vero horum cauſa licentius patrando-
 rum instituta sunt ſolemni more coniuia, quibus
 non ſolum licet ſibi quidvis omnes intelligunt,
 verum improbissima quoque audere ſplendidum,
 & glorioſum purerit. Iſta ergo publica tollere pen-
 nitit oportere dicebat, tum ob innumera, &
 grauiſſima damna inde vt à primo fonte manan-
 tia, tum ob peccatum exempli scandalum, quo Resp.
 tota labefactatur. Neque verò id eſſe arduum, &
 difficile,

SALVTE. LIBER III.

difficile, non enim ita illuc latere poſſe, vbi te-
 mulentia, & multitudine ipsa prodiuit, & tempo-
 rum certa obſeruatione deprehenditur. Quia non
 differenſis verba ſunt tantum: ſed res ipſa docuit
 expertum. Conſtituebat vir ille ex ipſis metis Indis
 iudices, atque obſeruatores, quibus negotiorum
 dabat, vt totò poſteridianō tempore conuentus
 omnes Indorum perueſtigarent, ſi quem temulen-
 tia operam dantem offendenter, ſe ſe continuo
 deferrent, ſin vel negligenter indagarent, vel in-
 ventum ſcelus diſſimularent, pœnas minabatur
 acerbas non temulentis, ſed obſeruatori, qui non
 quaſiſſet, aut indicaverit, negligenter, aut malitie
 coniuvicium obſeruatorēm pro concione ſemel, at-
 que iterum mulctati iubebat, tertio opus non
 erat, tanto omnibus terrore commotis, vt deinc-
 caps in detegendis ebritis ſolentiffimi eſſent. Iam
 verò cum obſeruatorum cuiusquam induſtia de-
 lata eſſet ebrietas, eo conuolabat, recenti, ac fla-
 granti delicto obnoxios capiebat: primum leuio-
 re aliquo supplicio contentus, ſecundo, ac tertio
 augebat pœnas, aliquor ex primoribus verbera-
 tis, aut etiam crine detonatis, quod Indis acerbif-
 imus iuriā loco eſt. Affirmabat, cum Prætoris
 Cuzquensis munere fungetur, que vrbis om-
 nium caput, atque altera noſtris Indis Roma fuit,
 breui iis artibus effecitſe, vt ne veſtigium quidem
 ebrietatis relinqueretur, in remotissimas quoque
 prouincias temperat̄ exempla à maioribus ſuis
 tranſmifſa Indi carceri ſequentur. Sed negligen-
 tia, & foſcordia ſuccellorum rem tantam excidiſſe,
 & ad priſina temulentia ſtudia rediū eſſe. Idem,
 cum Chuquisaca eſſet, ſuſcepit me hortante

Q;

peſsi

246 DE PROCVRANDA INDO RVM
peffimum illum morem abolere. Petiti vicisim à
me, vt in congiōne ea de te verba facerem, réisque
foditatem exprobarem: ipse solum, quo vte-
bar lingue Indicæ bene docto, conuocata ad se
Indorum concione legem de publicis compota-
tionibus abolendis promulgare perfiudereque iubet:
obseruatores deinde creat, quibus oppidi re-
giones distribuit, sc se certiori, nisi grauior va-
pulare malint, mature facere imperat. Quid multa?
Semel deprehensa temulenta, vix secunda ani-
maduerisse opus fuit. Verum omnes isti conatus,
nisi magistratus omnes confirent, facile cor-
ruunt. Reuera si que decet constanza, & zelo,
præfecti, atque ij, peñes quos summa est, negoti-
um perfequerentur, poterat breui petitis hac pro-
cul exterminati. Plerique rei difficultates cau-
lantur, socrdiā ignauiamque suam cum accusa-
re potius ac dolere deberent. Quid verò ignauiam
dico? De industria pemicies tanta conceditur,
imò verò appetitur propter priuatas nescio quas
commoditates. Alij Indorum operas larga ebrietate
concessa, sibi conciliant. Alij non solum bibe-
re suunt, verum ipsi quoque temulentiam propin-
ant. Complures officinam siceræ apud se ha-
bent, publiceque coquunt, arque diuendunt, &
apud se compotandi commoditatē offertur.
Neque tam turpis, infamisque quæstus puder,
neque saceram qualcumque, sed furiosam il-
lam foram lege contempta vendunt, gladium
vtrò porrigithe insano. Atque hæc nostri Hi-
spani facilitant, lucrumque eiusmodi ex anima-
rum interitu etiam elegantiore religiosioresque
captant. Quæ spes vltra restat infelicium ho-
rum

SALVTE. LIBER III. 247
rum faltis, quando ab iis veneña porriguntur,
à quibus erat antidotum expectandum? Vti-
nam terribilem irati Dei gemutum non audia-
mus, quem Propheta quidam scribit, Propinaba-
tis, inquit, Nazareis vinum, & Prophetis man-
dabatis, dicentes, Ne prophetes. Ecce ego stri-
deo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum
feno. Omnino Christus Deus noster suorum sce-
lere, & parricidio premi videtur, sic enim pec-
cantes in fratres, in Christum peccamus. Paulus
neque manducare carnes, neque vinum bibere
libenter suscipit, modo fratrum saluti consulat:
nos vino etiam composite fratrum animas eri-
care pergitus, vt lucrum vnde cumque rada-
mus. Hæc tota populi Christiani ignominia, si-
ue eo, quo diximus, modo, & industria, siue
alijs artibus qua ab alijs piè & fructuose exco-
gitare sunt, omnino releganda est per publicæ
potestatis ministros, & diligenter danda est
opera, vt publica faltem, arque sacrilegæ bar-
barorum temulentiæ, tetrore, minis, penæ acer-
bitate, modis omnibus propulsentur. Si enim
sibi persuadere debent, nihil neque religionis, ne-
que discipline in Indorum animos influere posse
1. Cor. 8:2
Rom. 14:2

C A P V T X X I I I .

De Prætoribus Indorum.

A D has igitur disciplinæ Indicæ seueriores
leges exequendas, quoniam & necessaria
Q. 4 omnino

248 DE PROCVRANDA INDRVM
omnino sunt, & nisi serio in praevaricatores ani-
maduertatur, superuacaneus erit labor omnis, ne-
que Sacerdotum est ita severè plectere, vt suo lo-
co dicemus, videtur multis, mihiique ipsi perutile
esse præfectos, iudicèrve peculiares dare. Cum
enim à curia frequentièque nostrorum Magistra-
tuum longius absint, pleraque oppida, nisi suos ipsi
Prætores habeant, quos timeant, quos obseruent,
facilè aut delicta latebunt, aut impunita relin-
quentur, crescèrque impunitate ipsa quidvis per-
petrandi temeritas. Nam neque facendotalis offi-
cij est ista vlcisci, cum præfertim erit aliiquid
atrocis vindicandum, neque Patronorum cure
tutò committi possunt, à quorum potentia, & in-
iuriis, vt defendantur, indigent sàpè publica au-
thoritate. Itaque quod non ita pridem facilitari
ceperunt, vt certis Indorum prouinciis sui Præ-
tores designentur, mihi non displicet, modò co-
sint pietatis Christianæ studio prædicti, ea animi
moderatione, vt merito religionem omni officio
adiuturi videantur. Quorum tamen tanta est pauci-
tas, vt vix eluceat, utrum melius sit nullos Indis
esse rectores, an tales esse, quales permulcet cer-
nimus, de quibus dictum videri queat, Quia con-
gnoui multa scelerata vestra, & fortia peccata ve-
stra, hostes iusti, accipientes munus, & pauperes
deprimentes in porta. Verum hominis ista sit cul-
pa, non officij. Est enim perquam uiceffarium,
primum ad legum custodiā, morumque corre-
ctionem, vbi vel bestiali flagitio præ temulentia
peccatum est, vel frater à fratre violatus iniuria,
vel ipse summus Deus sacrilega superstitione
offensus. Deinde vt imbecillos à potentioribus
opinatu

tueantur,

Amorj.

SALVTE LIBER III. 249
tueantur, Satrapas, Curacis qui cohibeant, Parro-
nos insolētūs ī se gerere ne finant, iniusta, & du-
ra seruitia non ferant. Mox vt disciplina ciuili hu-
manoque conuictui affluentiant, vt perditorum
Hilpanorum Indos deputantur faciem auer-
tant. Polstremò, vt que crunt publicæ utilitatibus
officia ad iis curanda, ne prætermittantur. Atque
eo munere fungentem remunerari par est, idque
iporum Indorum censi persolui non est iniquum.
At illud perspicendum, an, qua Patronis tribu-
ta pendantur, ad ista quoque sufficiant. Ob eam
enim causam soli diximus, quod Rex tueri subdi-
ditos, & iustitia regere debet. Viderint ergo qui
nous ad ista prætoriana officia pensionibus In-
dos grauandos putant, an satis in tutu Patronorum
res sint, qui cum tanta emungant, parum ipsi,
aut nihil ciuilis administrationis clientibus pra-
stant. Hunc de præfecturis Indicis locum antea
quam præteruerat, admonendi sunt præfecti ipsi,
ne tam se iudices, quam parentes exhibeant, ne-
que profus solita in cæteros feruitate vtantur.
Pueris se potius ludi magistros, quam forenses iu-
dices cogitent. Neque iuriis illa stricta norma ubi-
que seruāda, sed strepitū omni remoto, ex æquo &
bono plerumque iudicandum, id quod etiam salu-
tariter edicunt Regiae leges, que scripta, & recri-
pta ferè admunt, & pretium, si quo horum opus
sit, accipere vetant. Causas more patrisfamilias
componere, & pro arbitratu agere, sàpè tutius, ar-
que commodius, nisi atrox aliquod facinus ac-
cidat, quod rarum est, cum pleraque nugarum,
& puerilium concertationum similiora sint. Qua
in re illud viris grauibus vehementer displicere
animaduertit,

250 DE PROCVRANDA INDOVRVM
animaduerti , quod ab Indis testimonium iuricu-
rando exigitur , cum constet eos facilime peiera-
re , vptote qui , neque ipsius iuramenti vim senti-
ant , neque veritatis studio tangantur , sed testi-
monium eo modo dicant , quo credunt iudici
gratissimum fore , aut à primo quoque sive factio-
nis homine edocti sunt . Hos igitur iurare com-
pellere , & ipsis exitiosum est propter infinita , &
quotidiana periuia , & causæ ipsi valde incom-
modum , cum firmudo veritatis nulla spretetur ,

In Case.
Turon.
cap. 34.
Summo-
pere , id
cautum
est.

Multorum ergo sententia est in Concilio Pro-
uinciali edici oportere , ne ab Indis iurisfundi
religio flagitetur , idque lege lata caeteri debere .
Etenim si pueri & infames à testimonio dicendo ,
à iuramento interponendo iure arcentur propter
iudicij infirmitatem , falsitatisque suspicitionem , cur
obficio Indi non longius amandandi sunt , quo-
rum perspecta est plurquam puerilis inconstans ,
& veri omnino contemptus ? Quod cum experti
satis essent Apostolici Inquisitores statuerunt , vt
nobis aliquando dixerunt , Indi cuiusvis testimonium
non esse pro integro accipendum , imò ne
iuramento quidem vt testem vrgendum , sed indi-
cij loco habendum , si quid detulerint , perinde
aque à pueri quopiam , aut homine semiinfano-
res dicetur , quod ad inventigandum quidem
moueat , sed ad credendum minimè periuadeat .
Prouident fane & magna æquitate decretum ,
vt omnia facti illius tribunalis . Quod si plerisque
controversias nisi iuramento interposito iuxta
Paulum Apostolum non posse finiri contenderis ,
equidem causas ipsorum inter se ordinarias dixi
supra velut à ludi magistro potius quam à forensi
prætore

Hab. 6.

SALVTE LIBER III. 251
prætore transfigendas Extraordinarium verò , &
atrocis cum quippiam emerserit , lege decerni-
tur , quo ordine agendum sit . Neque enim om-
nem pedem idem coturnus decet , neque verò le-
ges Romanæ , & sacre in omni causa æquè testi-
monia omnium vel repudiant , vel admittunt .

C A P V T XX I V .

Mores Indorum Christo non repugnantes
permittendos esse , & de concordia
Prætoris cum Sacerdote .

C Hristianis moribus , disciplinaque nostra
sunt quidem barbari paulatim imbucundī ,
omnes verò sacrilega superstitionis , aut barbaricæ
felicitatis ritus sensim amputandi : attamen si qua
in re illorum mores à religione , & iustitia non
discrepant , non exultimo facile immutandos , sed
patrias , ac gentilites consuetudines ab aquo non
aborrentes retinendas esse , secundum eas ius
dicendum , quemadmodum Indici senatus Regia
decreta continet . Qua in re valde peccatur à
multis vel propter ignorantiam municipalium ob-
scrutionum , vel ob nimium , & prematurum
communicandi nostra feruorem . Hic non mo-
rabor Plutarchi philosophi illustre preceptum
de gubernanda Rep. apponere . Vertere se ad mo-
res ciuium cognoscendos oportet , atque corum
penitus exploranda , atque tractanda ingenia .
Etenim statim mores , & ingenia conati mutare
populi ,

In Politi-
ca ad
Traia-
num .

252 DE PROCVRANDA INDOVRVM
populi, nosisque ea legibus moderari exemplo
velle, non modo non facile, verum ne tutum
quidem omnino est, vt res que multo tempore,
& ingentibus viribus indiget. Simile ducit ex
vino per pulchritudine, quod initio, bibentis arbitrio
regitur, mos senium calcificantis hominem com-
mittat, & vertit ad se. Quamobrem multa dissi-
mulanda sunt, nonnulla etiam laudanda: qua te-
nacius haerent, & perniciosus laedunt; ex dexter-
itate quadam in bona similia commutanda. Cu-
ius rei authorem luculentum Gregorium mag-
num profero, qui rogatus ab Augustino Anglorum
Archiepiscopo in simili causa, ita scribit Mellito,
Dicte Augustino Episcopo, quod diu mecum
de causa Anglorum cogitans traheauit, videlicet
qua fana idolorum deltrum in eadem gente mi-
nimè debeat, sed ipsa que in eis sunt idola, de-
struantur; vt dum gens ipsa eadem fana sua non
videt destrui, de corde errorem deponat, &
Deum verum cognoscens, & adorans ad loca,
qua constituit familiarius recurrit. Et qui boves
solent multos in sacrificio demonum occidere, de-
bet his etiam de hac re aliqua solemnitate immu-
tari, vt die dedicationis, vel natalitatis Martyrum
tabernacula sibi circa eadem Ecclesias, que ex
faniis commutatae sunt, de ramis arborum fa-
ciant, & religiosis coniunctis solemnitatem cele-
brent. Nec Diabolo iam animalia immolent, sed
ad laudem Dei in eis suo animalia occidunt, &
donatori omnium de fletuete sua gratias agant
dum eis aliqua exterius gaudia referuantur ad in-
teriora gaudia consentire facilis valeant. Nam
datis mentibus simul omnia abscondere impossibi-

Liber. 10.
Regis.
sp. 71.

SALVTE. LIBER III. 253
bile esse non dubium est: quia is qui locum sum-
mum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non
autem saltibus elevarunt. Cuius etiam documen-
ti exemplum profert in Israëlitico populo Agy-
ptiorum sacrificijs affuefacto, quem Dominus ab
idolorum cultu retocans, sacrificia vni Deo de
pecudibus offerri imperauit. Que eo sunt fusi
repetita, quo perspicua magis res sua non solum
præcepto Gregorii, verum etiam exemplo de bo-
bus coniuio macrandis, quos idolis suis sacrificia-
re confusissent. Que planè modo coniuia, &
comportationes aliquando publice permititi bar-
baris posunt, ita dumtaxat in foro, quemad-
modum Ingaram leges habebant, edant & bi-
hant, vbi ebrietatis illa effusio non ita timenda
est, cum testes habeat: ac vindices oculos nostrorum
omnium. Denique que concedenda, que
toleranda, que contra communitanda, aut nullo
etiam modo ferenda sint, dictabit abundè charitas
Christi cum prudentia moderatione coniuncta.
Superet tantum, vt ciuilium omnem potestatem
admoneamus, vt in administranda Rep. Indo-
rum cum Ecclesiastica germane coniungarur, si-
que Prætor Sacerdoti, quod Samueli David, quod
Hieremias Iosias, quod Eliae Ezechias, quod Syl-
uestro Constantinius, quod Theodosius Ambro-
sio. Facile quidvis perficietur, si gladius vter-
que consenserit, ac vaginam eandem induerit.
Contra, nihil ita perturbat, labefactat, exterritus
que religiosum, mortuunque doctrinam, ac mu-
ta inter sacrum, profanumque contentio. Scri-
ptum est, Vtus ædificans, & alter destruens, quid
proficit eis nisi labor? Et tursus, Non est dilec-
Excl. 34.
1. Cor. 14.

fionis

*1. Cor. 11.**Matt. 18.**1. Cor. 16.**Ephes. 4.**Ibid. 2.**1. Cor. 10.*

sionis Deus , sed pacis , Et alibi , Si quis videtur contentiosus esse , nos talem confuetudinem non habemus , neque Ecclesie Dei . Et va certe est illi , qui unum scandalizauerit ex his pusillis , qui credunt in Christum . Omnia ergo in charitate fiant , omnia secundum ordinem , omnia in vinculo pacis . Nihil per contentionem , neque per inanem gloriam . Non quae sua sunt , singuli considerantes , sed ea , quae aliorum . Et si sunt igitur officia distincta , & neque sacerdotem decet armata trahere , neque iudicem sacrificia offerre , tamen idem animus , mens eadem , idem perducendi omnes ad Christum studium . Itaque sibi multo adiumento ut sint , omnibus modis curandum est : atque alter quidem in iis , quae ad Deum , alter in iis , quae ad homines magis occupatis vterque Dei oves pascant , & salutem suorum querant , non querentes quod fibi vtile est , sed quod multis , ut salvi fiant .



DE PROCVRANDA
INDORVM SALVTE.
LIBER QVARTVS.

*Qualem oporteat esse ministrum salutis
Indorum , quibus Preſidijs hanc
prosequi debeat .*

CAPVT PRIMVM.

Excellenſia Sacerdotalis officij.

VANQVM omnis sermo diuinus sacerdotalis officij commendatione plenus est , tamen nusquam vel copiosius , vel breuius Euangelici doctoris magnitudinem edocemus , quam vbi ipsum sapientie fontem Dominum Iesum Christum audimus nouos discipulos allocuentem , arque in his numerosam horum posteritatem instituentem . Vos , inquit , sal terce , vos *Math. 5.* estis lux mundi , ita omnem ad virtutem capescendam , ac regnum coeleste obtinendum vim admirabili